



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXXXI. Markgraf Woldemar vereignet einem Altar in der Marienkapelle  
gewisse Hebungen, am 27. August 1314.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

solverunt, de quibus ipsos quitos omnino dicimus literas per presentes, quibus nostrum sigillum in hujus facti evidens testimonium est appensum, presentibus testibus scilicet nobili viro Domino Gunthero Comite de Kevernburg, Nicolao et Bernharde de Buk, Bertoldo pincerna, Henrico de Rochowe, militibus, et Lothekino, nostre curie prothonotario, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Sandowe, Anno Domini MCCCXIV. in crastino divisionis beatorum Apostolorum.

Nach Lenz Br. Urf. S. 191. 192.

LXXXI. Markgraf Woldemar vereignet einem Altar in der Marienkapelle zu Stendal gewisse Gebungen, am 27. August 1314.

In nomine Domini. Amen. Oblivio omnia, licet legaliter et civili peragantur providentia in nichilum redigit, nili et testimonio literarum in memoriam perducantur eternam; Hinc est, quod nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberg Marchio, recognoscimus per hec scripta, quod propter Deum et animarum nostre et nostrorum progenitorum salutem dedimus et solemnitate, qua expedit, donamus liberaliter absque onere precarie cujuscunque proprietatem decem frustorum duri frumenti, quorum duo sita sunt in villa Mokeren, unum in villa Yrckfleve, tria in villa Stenveld, et in villa Infel quatuor, et hec decem sunt situata ad altare quoddam structum in Capella beate Marie in civitate Stendaliensi, consecratum in honore ejusdem gloriose virginis et beatorum Johannis Baptiste et Matthe, Renunciantes dicte proprietati solemniter quoad nos, heredes nostros nec non quolibet successores perpetuo in hiis scriptis. Et pro hujusmodi nostra liberalitate per Rectorem ejusdem altaris in omnibus nostrorum progenitorum, nostri et nostrorum successorum anniversariis memoria solempnis in vigiliis atque missis erit. De predictis quoque decem frustis Rector altaris ejusdem tollet annuatim octo frusta, reliquis duobus vinum, oblate, et necessaria alia et luminaria ad dicti altaris officium expediencia comparentur. Et ut hujusmodi factum salutare maneat perpetuo inconvullum, presens scriptum dari iussimus nostri sigilli imagine roboratum. Presentes testes ad hoc vocati sunt Reverendus pater Dominus Fredericus, ecclesie Brandenburgensis Episcopus, Illustris princeps Dominus Albertus Comes de Anhalt, dilectus noster sororius, Guntherus de Kevernburg Comes, nostre curie Dapifer, Bertoldus Schenko, Bernardus de Buck, milites, Sloteko prepositus Dymminensis cum pluribus aliis fide dignis. Datum Ratenow, Anno Domini MCCCXIII. feria tertia proxima post diem Beati Bartolomei Apostoli.

Beckmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 138. Lenz a. a. D. 193.